minorennitate succedentes legatione intrabit extra Regnum servitio militari ad Allumimenta ad Victorem, vel alys quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Terminos Officy Castrensis Premisliensis Dillationem sibi non recipiendo. Nullasque Mones appellationes ac earum prosequtiones faciendo ac Comissionem Suspensionis Amplicationis, vel Triplicatis evasionibus Suspensionibus, vel alys Juris, Inhibitione Termino bello Conventionis alysque omnibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo Hac Inscriptione ad Acta mediante

Ostrzyccy Fratri Donant

Coram Nobili Joanne [illegible] Subdelegato in locum Generosi Matthiae Stanislai de Smikow Ostrzycki Vicecapitanei [illegible] munique Subdelegationis suae in se bonaque sua libere et benevole assumente, Officioque et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus comparentes personaliter Generosus Matthias Stanislaus et Generosus Nicolaus de Smikow Ostrzyccy fratres inter se germani sanis mentibus et corporibus existentes, a Juris Defectibus omnibus suis dombusque suis quibusvis propriys et competentibus recedendo, Juri vero suo [illegible] Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad Actionem hanc attinet de cuius Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo, palam libere publice ac [illegible] recognoverunt et quilibet illorum seorsum suo pro interesse [illegible] Quia ipsi bona sua propria et hereditaria infrascripta videlicet Sortes suas certas in Villa Zorawin atque Sortem in Villa Gorne Ostrzycki Iachowska dicta Cum Curia et Predio [illegible], se [illegible] suo pro interesse

180

inter alios compositores Iure divino et naturali successionis tam post olim Generosum Andream Wołczycki Parentem dicti Agentis Concernentis et devolutarum, in Terra et Districtu Sanocensi consistentium quam a Successoribus olim Admodum Reverendi Athanasij Kupecki Ritus Graeci Episcopi Premisliensis per Redonationem acquisitarum, Cum omnibus earum bonorum Iure Dominio proprietate haereditate titulo haereditario Cum[que] omnibus et singulis eorum[que] bonorum seu Sortium praefatarum Utilitatibus fructibus, proventibus redditibus emolumentis, commoditatibus obventionibus Cum agris Pratis Campis, Pascuis Sylvis Borris Gaijs. Nemoribus, indaginibus rubetis Veprebus Virgultis, Hortis Pomarijs Tabernis Molendinis Horreis ...

... aedificijs[que] quibusvis ad eas Sortes Vasos spectantibus, Theloneis Pontalibus et aggeribus ... et Interesse dicti Agentis concernentibus, et ad eas Sortes Spectantes sese extendentibus Nec non Stagnis Piscinis Fluvijs Fluminibus Torrentibus aquarum decursibus Subditis Colonis hortulanis Inquilinis eorum[que] laboribus Censibus dationibus Vectureis Munijs officijs et obsequijs quibusvis attinentibus et pertinentibus generaliter Universis ad eas Sortes spectantibus. Nihil ex eisdem Iuris Dominij proprietatis ac Cuiusvis Competentiae et Praerogativae pro Agentibus Suis[que] Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum ita late longe Circumferentialiter prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus extendit et extenditur et prout eadem bona ipsimet Agentes tenuerunt habuerunt, et possidebant ipsis[que] Conveniebant ac eisdem serviebant. Iam ex nunc et de facto Generoso Alexandro de eadem Wnikow Wołczycki fratri suo Recognoscenti germano eius[que] ... Cesserunt Donaverunt inscripserunt et resignaverunt prout praesentibus dant donant ac titulo perpetuae mere et irrevocabilis Donationis inscribunt et resignant, perpetuo et in Aevum irrevocabiliter Ita quod bona praedicta per Agentes donata et resignata iam ex nunc

et de facto

et de facto ipsi resignantes Generosi Wrzycy praefato Generoso fratri et Donatario suo eiusq[ue]
successoribus coram Officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem paci
ficamq[ue] possessionem per Ministerialem quemcunq[ue] competentem et ipsi Donatarii die quacunq[ue]
voluerint opportuno acceptandam. Per ipsum Generosum Alexandrum Wrzycki fra
trem et Donatarium suum eiusq[ue] successores haec eadem bona praesentia donata et re:
signata cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus, tenendi habendi
et possidendi illisq[ue] quiete et pacifice utifruendi ad usumq[ue] suum et suorum
successorum quovis beneplacito libere et effectualiter convertendi Inscriptionis
praesentis Donationis vigore perpetuis et aeternis temporibus. Debebuntq[ue]
et tenebuntur ipsi resignantes prout se ac suos posteros vi et sub bonis
suis generaliter omnibus ac singulis quibuscunq[ue] paratis habitis et
habendis, eidem Generoso fratri et Donatario suo quilibet illorum pro suo
interesse inscribunt et obligant praesentium ipsum Generosum fratrem
et Donatarium suum et ipsius successores in dictis bonis praesentibus donatis
et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione quarumcunq[ue]
personarum cuiuscunq[ue] conditionis status et sexus cuiuscunq[ue] existentium
excorruendo, in omnibus Iudiciis et Officiis Regni per omnes Conscriptio-
nes Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectabit
et pertinet Conscriptio, semper toties quoties opus fuerit tueri de-
fendere evincere intercedere et liberare indemnemq[ue] cum sumptibus
reddere. Nec non bona praefata praesentium resignantes donata ab oneribus
in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super
eadem bona praesentium donata cuiuscunq[ue] personarum modo quocunq[ue]
factis et faciendis. Tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem
bona praesentium resignata importatis et importandis Litis deniq[ue]
et pertinentiis, processibus Iuris quibuscunq[ue] in quocunq[ue] puncto
et gradu Iuris dependentibus in quovis Iudicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis, ac sub Commissis bonis praesentium donatis pro-
ductis et producendis emundare et liberare mundaq[ue] et

libera semper facere, ac etiam Intentionem praefatam coram Officio
praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesenti donatorum
dum per Magnificum et Nobiles Officiales requisietur non denegare
imo debent et tenebuntur eamque libere et effectualiter dare et
admittere. dataque et admissa eadem, possessionem et Usumfructum
praemissorum omnium quovis modo, tam per se quam per suas quasvis sub-
missas et subordinatas personas non impedire, nec adimere, praeterque
Dominum suum et eius posteros in praemissis omnibus nullo modo in-
iuriari. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali
Juramento tegendis. et edicendis, per quodlibet Recognoscentium
suse eorum Successores quovis modo Memorato Generoso Donatorio
suo vel eius Successoribus ob non complectionem praemissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte
toties quoties opus fuerit succumbere, pro quibus quidem damnis
Terrestribus modo praemisso ad solvend. succumbendo ac re aliqua prin-
cipali ex praemissis non completa complenda. Iidem praetacti Magnifici
Generosi Matthias Stanislaus Nieczajewski et Nicolaus Stryjewski
cij fratres suique eorum Successores ad Instantiam Illustris Generosi Ale-
xandri Ossowski fratris et Donatorij sui suique eius Successorum ad
Officium Castrense Capitaneale Premisliense ex hinc vel ex alio Castro
quod ad rem spectat mediante, semper in primo Termino Terrestri
tanquam peremptorio stare, purgare, respondere, damna praetacta
Terrestria luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Judicatum
pati debent, et tenebuntur. seque ac suos Successores ad eadem
ore obligant. Cuiusque Terminum primum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes Causae suae Terminos semper peremptorios, Vemdi-
formitate maiori minorennitate Successorum legatione in-
tra vel extra Regnum, servitio militari ad Munimenta

ad Custodiam

9

ad Evictorem vel alijs quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praemissi Terminis Officio Castri Capitaneal. Premislien. dillationem sibi non recipiendo Nullasque Motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac Comissionibus ordinationibus Plenis Amplioribus vel Explicatis causationibus Suspensionibus Fatalijs Iuris Privilegio Feudi, bello Conventioneque alijsque omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo Hac inscriptione Sua Mediante.

Vstricki alteri obligat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien. Generosus Alexander de Vnikowo Vstrzycki, olim Generosi Andreae de eadem Vnikowo Vstrzycki filius sanus mente et corpore existens a Terrestri Castrensibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesentium vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premislien. quo ad Actum hunc attinet se cum suis contractibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando alque subijciendo Palam libere publice ac per expressum Suae Regiae Maiestati poenis Regni et poenalibus ibus Ubi quibusvis subiecta Villam totam et integram Villam ... cum sua et Praedio ibidem sitam, in Terra et Districtu Sanocen. cum omni Dominio Iure Dominio et proprietate, titulisque obligatorio, eiusque omnibus et singulis eorumque bonorum Utilitatibus fructibus proventibus redditibus Commodis obventionibus, et emolumentis Agris Pratis Campis Sylvis nemoribus indagenibus Rubetis, Pascuis, Fluvijs Fluminibus rivis rivulis Torrentibus eorumque decursibus, Stagnis lacubus Piscinis hortis Pomarijs Curia Praedio Tabernis Molendinis Molodijs, structuris aedificijsque quibusvis, Tum subditis Cmetonibus, Hortulanis inquilinis eorumque laboribus Censibusque Dationibus, Vecturis munijs et officijs attinentijs et pertinentijs generaliter universis. Nihil excipiendis Iuris Dominij proprietatis ac Cuiusvis Competentis et Erogationis Exceptis Cognatis Subditis Succorum aut quopiam alio reservando seu excipiendo